



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

L. König Karl IV. bestätigt das Bisthum Lebus, am 4. September 1347.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](#)

alterius iure salvo uobis auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Nulli ergo etc.
Datum Auinione, III Nonas Septembris, Anno quinto.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive. Ex Reg. litt. communium Anni V, Ep. 114, p. 86, P. II.

L. König Karl IV. bestätigt das Bisthum Lebus, am 4. September 1347.

Nos karolus, dei gratia Romanorum Rex semper angustus et Boemie Rex — — ecclesie Lubucensi, que non modicis anxiatur molestis et pressuris, munifica gratia prouidere volentes — — Etiam attendentes inuiolabilem devotionis et fidei puritatem, quam princeps noster dilectus Apeczco, eiusdem Ecclesie Lubucensis Episcopus, ad honorem nostri culminis habuisse noscitur et habere — — Eadem ecclesie Lubucensi — villam Bork dictam, in districtu ducatus nostri Wratislauiensis sitam, cum omnibus et singulis suis censibus — — et pertinentiis — — cum pleno dominio et omnibus iuribus regalibus et Ducalibus, supremis et infimis, amputationem capitum et manuum ac quorumlibet aliorum membrorum contingentibus, nichil penitus nobis aut nostris successoribus in eadem villa iuris uel dominii referuantes, de Regia et solita nostra clementia damus, conserimus, donamus, applicamus et incorporamus — — et pristinam libertatem ejusdem Ecclesie, quam in dictam villam Bork babuit, confirmamus, — — —. Actum et datum in Castro nostro Pragensi, Anno domini M°. CCC°. XLVII°., pridie Nonas Septembris.

Wohlbrück I, 467.

LI. Markgraf Woldemar verpfändet den Bürgern der Stadt Fürstenwalde, welche seine Schulden bezahlt haben, den Zoll zu Lebus, am 22. Oktober 1348.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenborgensis, Lusatiae et de Landesberch Marchio sacrique Romani imperii Archicamerarius, publice recognoscimus presentium sub tenore, quod discretis viris Civibus nostris predilectis in Vorstenwalde damus et ponimus Theolonium nostrum, in Lubus situm, cum omnibus fructibus et proventibus, quemadmodum ad nos pertinere dinoscitur, pro eo, quod nobis et nostris omnia necessaria et singula requisita ordinarunt et exerentur, Adjungendo si aliqui redditus in predicto Theolonio, qui per nostros subditos possidentur et tolluntur, medio tempore nobis vacare contigerit, hos per predictos nostros Cives similiter recipi volumus pacifice et quiete, quoisque prefata pecunia, quam nobis exemerunt et quitaverunt, ipsis integraliter fuerit persoluta. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo